# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Christus t
### cum fonte primo

Gemina dulcedo suauitatis
exuberat in pectore Domini Ihesu,
longanimitas in expectando,
et facilitas in donando.

Gemina, inquam, dulcedo suavitatis exuberat in pectore Domini Iesu, longanimitas videlicet in exspectando, et in donando facilitas.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 9, 5 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.45, ll.15-16).

Nomen Ihesu:
quam carum, quam uile! Vile sed salubre. Si uile non esset, michi non effunderetur; si salubre non esset, me non lucraretur.

Quam carum, quam vile! Vile, sed salubre. Si vile non esset, mihi non effunderetur; si salubre non esset, non me lucraretur.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 15, 4 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.85, ll.6-8).

Ihesus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde.

Bernardus super Cantica.

Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 15, 6 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.86, ll.18-19).